



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLXXXIII. Der Propst Otto stiftet eine Seelmesse in der Domkirche, im Jahre 1370

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Tzachow. Desse Inwisinge is geschin unde desse Briff, dar ik tu eyner Orkunde desser Dink myn Ingefegel hebbe an laten hengen, is gegeben tu Tzachow na Godis Bort dritteynhundert Jar darna in dem soventichstin Jare an dem neichstin Sunavende vor Simonis et Jude der heiligen Apostole. Jeghenwordich desser erbarn Knapen Otte Bart unde Albrecht Stoffeis unde mer guder Lude, tu Tughe hirtu geboden und gheladen.

Nach dem Original.

CCLXXXIII. Der Propst Otto stiftet eine Seelmesse in der Domkirche, im Jahre 1370.

Anno domini M.CCC.LXX. dominus Otto, prepositus ecclesie Brandenburgensis deputavit ejusdem ecclesie canonicis, qui pro tempore fuerint, duo talenta denariorum Brandenburgensi. in villa Gopel, ad dictam ecclesiam jure proprietatis spectante jacenta, que Gereke Kothe a preposito et ecclesia Brandenburgensi in pheodum tunc habuit et tenebat, pro quibus talentis unam antiphonam de beata virgine in laudem ejus post completorium assidue iidem canonici pro se et suis successoribus, ob spem divine consolationis impetrande assumpserunt inperpetuum benevole velle decantare.

Nach einer Copie im ältern Copiaro.

CCLXXXIV. Der Papst Gregor XI. empfiehlt dem Bischofe einen gewissen Crogemann zu einer Präbende, am 29. Jan. 1371.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Theoderici Crogheman pauperis clerici tue diocesis apud sedem apostolicam constituti supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus de vita et conversatione ipsius clerici, qui, ut asserit, beneficium aliquod ecclesiasticum non obtinet, et quem per certos examinatores super hoc deputatos a nobis, de litteratura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus est ydoneus ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, solerter inquirens, si eum vite laudabilis et honeste conversationis esse reppereris et aliud beneficium ecclesiasticum non obtineat, aliudque canonicum non obstat, ei de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in ecclesia cathedrali non existat, cujus fructus, redditus et proventus, si cum cura viginti, si vero sine cura fuerit, quindecim marcharum argenti secundum taxationem decime, si taxatum fuerit, vel si taxatum non fuerit, secundum quod de ipso pro decima communiter persolvi consuevit, ualorem annum non excedant, ad collationem uel presentationem dilectorum filiorum, prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis communiter pertinente, si quod in civitate vel dioc. Brandenburg. vacat ad presens vel cum vacaverit, quod idem clericus infra unius mensis spatium, postquam sibi de ipsius beneficii uacatione consiterit, duxerit acceptandum, auctoritate nostra providere procures inducens per te vel alium seu alios eundem clericum in corporalem possessionem hujusmodi beneficii et defendens inductum ac faciens ipsum ad illud etiam, si canonicatus et prebenda fuerit, ut est moris, admitti sibi de ipsius beneficii fructi-